ACTUS SOLEMNES

IN

GYMNASIO REGIO ERLANGENSI

D. V. SEPTEMBR. MDCCCXXVIII

RITE HABENDOS

INDICIT

IOANNES ADAMUS HARTUNG

GYMNASII PROFESSOR.

Inest commentatio de particulis δή et ἤδη.

ERLANGAE

TYPIS JUNGEANIS.

*Commentatio de particulis δή et ἤδη *)*.

§. 1. De particulae δή natura ita dissentiunt viri docti ut alii et originem ejus et significationes omnes ad vocabulum ἤδη referendas putent, alii has voces omnino negent inter se contingere. Jam quod ad illorum sententiam attinet, nos negamus voculam δή per aphaeresin ex ἤδη ortam, et ex contrario ἤδη ex δή per prothesin factum esse contendimus. Argumento enim est, quod quaecunque ab ἤδη originem ducere putantur vocabula, velut δήν, δηναιός, δηρός, ea litera carent, neque desunt exempla, quae illam praefigi solere doceant, ut ἠβαιός ex βαιός, ἤθεῖος ex θεῖος **), ἠπανία ex σπανία facta. Neque dubito, quin etiam ἠλίβατος ex nomine λίψ (rupes) derivandum sit. Si quem accentus migratio in vocabulo ἤδη offendat, scito, non solum a cognata vocula θήν auferri illum, sed etiam νῦν δή, tradente Lobeck. ad Phryn. Ecl. p. 19., sub uno accentu a veteribus grammaticis scribi solitum. Quod si verum sit, simplex vocabulum δή auctioris ἤδη stirpem esse, non poterit esse dubium, utrum ab utro potestates petat: et partem tantum aliquam significationum suarum illud cum hoc communicare, quemadmodum aliam cum δῆτα, aliam denique cum δῆθεν, probabile erit.

§. 2. Altera sententia, δή ad ἤδη pertinere negantium, facile refutabitur, si, expositis hujus vocabuli notionibus, collatisque illius, eandem utrique vim inesse apparuerit: quod ipsum in hac scriptiuncula facere nobis proposuimus.

---

*) Equidem ausus non essem, haec et levia et manca doctorum hominum judicio submittere, nisi aliquam veniae impetrandae spem concepissem, quod maluerim tumultuaria afferre, quam prorsus denegare operam meam, ac defugere munus videri. Non enim meum fuit hoc anno, commentari aliquid ad indicenda examina publica: sed cum collega conjunctissimus Carolus Schaeferus, tristi pietatis officio nuper avocatus, justissimam omittendi negotii haberet excusationem, anno maturius, quam et exspectaram et volueram, ad me scribendi necessitas pervenit.

**) Etym. M. s. h. v. πλεονάζει γὰρ τὸ ῆ ἐν πολλαῖς λέξεσιν, ὡς τὸ μύει — ἠμύει, βαιός — ἠβαιός, εὐγενής — εὐηγενής.

Sed priusquam rem aggrediamur, quoniam ἤδη a δή originem trahere diximus, docendum est, quae sit primitivi vocabuli primaria potestas. Est autem δή primitus adverbium demonstrativum, ostendensque ea quae ante oculos posita vel in conspectu sunt. Jungitur igitur vocibus demonstrativis οὗτος, ἔνθα etc. eodem modo quo nostrum *da* vel *eben:* qui usus Herodoto inprimis tritissimus est. Herod. I, 43. ἔνθα δὴ ὁ ξεῖνος οὗτος δὴ ὁ καθαρθεὶς τὸν φόνον, καλεόμενος δὲ Ἄδρηστος. Ibid. VI, 137. οὕτω δὴ sic ut modo diximus. Xenoph. Hell. V, 4, 24. καὶ πολλοῖς ἔδοξεν αὕτη δὴ ἐν Λακεδαίμονι ἀδικώτατα δίκη κριθῆναι. Plat. Phaed. p. 59. B. οὗτός τε δὴ ὁ Ἀπολλόδωρος. Est ubi particula attractionis quodam genere a demonstrativo ad relativum vocabulum transmigret. Herod. IX, 51. ἀπικομένων δὲ ἐς τὸν χῶρον τοῦτον, τὸν δὴ ἡ Ἀσωπὶς Ὠερόη περισχίζεται. Patet ex hisce, appendicem δέ in ὅδε, τοιόσδε et similibus correptione ex δή ortam esse. — Eadem porro locutionis νῦν δή (*jetzt eben*) natura est, quae occurrit in frequentissimo illo ὃ νῦν δὴ ἔλεγον. Plat. Euthyphr. p. 5. C. νῦν οὖν, πρὸς Διός, λέγε μοι, ὃ νῦν δὴ σαφῶς εἰδέναι διισχυρίζου.

Not. Quod Hoogev. p. 188. 7., Wyttenb. ad Plat. Phaed. p. 132. ed. s., et Stallb. ad Plat. Phileb. p. 106. ed. s. monent, νῦν δή semper, neque unquam inverso ordine δὴ νῦν dici, per se planum est. Quare in scriptoribus omnibus praeter poetas (Soph. Aj. 974.), ubicunque particulae una elocutione consociatae sunt (cf. §. 15. not.), etiam invitis codicibus, νῦν δή scribendum.

§. 3. Eodem grammaticorum quaedam notulae ducunt. Nam Hesychius vocem δαί (puta δή dorice pronuntiatum, cum demonstrativa litera ῐ) apud Boeotos ἐνθάδε sonuisse tradit *). Idem δῆθεν per ἐντεῦθεν explicat: cui interpretationi unus, qui mihi praesto est, locus ex veterum auctorum quodam petitus suffragatur. Anacreont. I, 16. ap. Mehlh. p. 37. καὶ δῆθεν ἄχρι καὶ νῦν Ἔρωτος οὐ πέπαυμαι. Hoogeveenus huc eodem referenda putat, quae leguntur in Eurip. Orest. 1112. εἴσιμεν ἐς οἴκους δῆθεν ὡς θανούμενοι (intremus aedes illico). Falso: nam δῆθεν ὡς inverso ordine est pro ὡς δῆθεν *quasi.* Cf. Aesch. Prom. 1022. ἐκερτόμησας δῆθεν ὡς παῖδ' ὄντα με. Sed nescio an ad nostram rem faciant Aeschyli illa Prom. 210. Οἱ μὲν θέλοντες ἐκβαλεῖν ἕδρας Κρόνον, Ὡς Ζεὺς ἀνάσσοι

*) Τί δαί · τί γὰρ ἄλλο, ἢ τί γάρ · Κρῆτες.... Βοιωτοὶ δὲ ἐνθάδε · Ἀττικοὶ διὰ τί δή. Apparet excidisse quaedam, potestatem, quam habebat δαί apud Cretes continentia. Neque dubito quin Βοιωτοὶ δαί · ἐνθάδε scribendum sit: namque hae voces inter se confundi solent.

δῆθεν (*dafs Zeus hinfort obwalte. Vofs.*): quae verba ironia quidem, quam Blomfieldius affigendam putavit, aliena sunt. Quae cum ita sint, equidem etiam *δεῖνα, δεῦρο* et ΔΕΙΚΩ ad hanc stirpem referenda censeo. Denique si quis *δή* ex *τῇ* mutatum dicet, vel cum *τῆνος* ac *τῆμος* conferet, ego non adversabor. Neque enim difficilius tenuis litera cum media permutari potuit, quam hanc in aspiratam vocula *θήν* conversam esse testatur.

§. 4. Huic igitur demonstrativo vocabulo, ubi tempus denotaret, literam *ῆ* praefigendi obtinuisse consuetudo videtur. Differt enim ab *ἤδη* nulla alia re, quam pondere et loco: quippe cum nunquam, si Homericum illud *δὴ γάρ* et *δὴ τότε* excipias, in ipso enuntiationum initio ponatur. Sed principio statim monendi sunt lectores, haec non minus quam alia vocabula temporalia a temporis notione ad sententiarum relationes designandas transire. Unde efficitur, duplicem esse utriusque voculae usum, temporalem alterum, alterum conjunctivum.

De temporali particularum usu.

§. 5. In temporali igitur usu *δή* et *ἤδη*, utpote demonstrativa vocabula, declarant *adesse* aliquid vel *praesto esse*, et valent *hoc temporis momento*, quod levius dicitur *jam* (*nun*). Demosth. Phil. IV, pag. 138. *οὐ μόνον ἤδη πάρεστιν, ἀλλὰ καὶ πάλαι παρελήλυθε.* Theog. 852. *ᾖδεα μὲν καὶ πρόσθεν, ἀτὰρ πολὺ λώϊον ἤδη.* Oed. Col. 620. *τοῖς μὲν γὰρ ἤδη, τοῖς δ' ἐν ὑστέρῳ χρόνῳ Τὰ τερπνὰ πικρὰ γίγνεται.* Plat. Phaed. p. 60. C. *ἐπειδὴ ὑπὸ τοῦ δεσμοῦ ἦν ἐν τῷ σκέλει πρότερον τὸ ἀλγεινόν, ἥκειν δὴ φαίνεται ἐπακολουθοῦν τὸ ἡδύ.* Soph. Phil. 241. *οἶσθα δὴ τὸ πᾶν.* Il. ξ, 44.

§. 6. Eo sensu cum ad perfectum quidem tempus referuntur, *commode* seu *modo*, cum ad futurum vero, *statim* verti possunt*). Il. τ, 122. *ἤδη ἀνὴρ*

---

*) Suidas: ἤδη· πρὸ τούτου etc. μέρος δὲ χρόνου ἢ τοῦ μέλλοντος, ἢ τοῦ παρεληλυθότος· ἤδη τε γὰρ βαδιεῖσθαί φαμεν, (καὶ τὸ συνάπτον τῷ νῦν) ἤδη τε (γὰρ) βεβαδικέναι, οὐ πολὺ ἀφιστάντες τοῦ νῦν τὸν χρόνον. Verba καὶ τὸ συνάπτον τῷ νῦν post παρεληλυθότος collocanda, et καὶ τοῦ συναπτοῦ τῷ νῦν scribenda esse apparet. — Haec Jos. Koppius, vir eruditissimus, ex Aristot. ἀκρ. φυσ. IV, 13. pag. 90. Sylb. hausta esse, me edocuit, ubi sic se habent: τὸ δὲ ἤδη τὸ ἐγγύς ἐστι τοῦ παρόντος νῦν ἀτόμου, μέρος δὲ τοῦ μέλλοντος χρόνου· πότε βαδίσεις; ἤδη, ὅτι ἐγγὺς ὁ χρόνος, ἐν ᾧ μέλλει· καὶ τοῦ παρελθόντος χρόνου τὸ μὴ πόρρω τοῦ νῦν· πότε

γέγον' ἐσθλός, ὃς Ἀργείοισιν ἀνάξει. Pind. Pyth. V, 27 (21) μάκαρ δὲ καὶ νῦν, κλεεννᾶς ὅτι εὖχος ἤδη παρὰ Πυθιάδος ἵπποις ἑλών cf. Tafel. ad h. l. Quam propinquum hoc ἤδη sit primae voculae δή, de qua diximus, potestati, vel hoc testimonio est, quod locutionis νῦν δή vis etiam ex hoc istius usu commode derivari potest, et vulgo derivatur a viris doctis. — Il. ζ, 368. οὐ γάρ τ' οἶδ', εἰ ἔτι σφιν ὑπότροπος ἵξομαι αὖτις, Ἦ ἤδη μ' ὑπὸ χερσὶ θεοὶ δαμόωσιν Ἀχαιῶν. Xenoph. Anab. VII, 7, 24. V, 6, 30. Pind. Pyth. IV, 12 (7) Πυθία χρῆσεν ... νᾶσον ὡς ἤδη λιπὼν κτίσσειεν .. πόλιν.

§. 7. Hanc, quam modo indicavimus, sententiam Imperativis vel Conjunctivis adhortativis utraque particula adjuncta praefert; qua ratione παρακελευστικόν illud δή efficitur *). Pind Ol. VI, 37 (23) ἀλλὰ ζεῦξον ἤδη μοι σθένος ἡμιόνων, ᾇ τάχος. Soph. Phil. 1162. Il. κ, 509. Νόστου δὴ μνῆσαι, μεγαθύμου Τυδέος υἱέ. Soph. Phil. 1455. χωρῶμεν δὴ πάντες ἀολλεῖς. Nec tamen ubicunque Imperativis junctum est, temporalem habet potestatem, sed saepissime conjunctivam. Cf. §. 16.

§. 8. Hoc δή παρακελευστικόν perpetuus fere socius est harum tritissimarum locutionem: ἄγε δή, φέρε δή, ἴθι δή, βάλε seu ἀβάλε δή (Alcm. fragm. βάλε δή, βάλε, κηρύλος εἴην!) etc. In quibus quae ei respondet latina particula *dum* (agedum, adesdum, dicdum, cedodum etc.) eadem est natura. Hoc ita esse apparet non tantum ex locutione *primum dum*, quae valet *initio statim* (Plaut. Trin. I, 2, 61. Mil. Gl. II, 3, 26. Most. I, 2, 39; II, 1, 53): sed etiam ex negativis particulis *nondum*, *vixdum* etc.

Not. Atque hae nos similis graecarum vocularum οὐ δή usus admonent: cujus ratio inde est plana, quod δή temporale locutioni οὐκέτι oppositum est. Eurip. Orest. 1069. σοὶ μὲν γὰρ ἔστι πόλις, ἐμοὶ δ' οὐκ ἔστι δή. Soph. Oed. Col. 110. οὐ γὰρ δὴ τόγ' ἀρχαῖον δέμας **). Ex eadem lege, quippe cum idem δή vel ἤδη oppositum τῷ οὔπω sit, *nondum* illas sonare posse, intelligitur. Pausan. Achaic. c. 22. p. 580. πυθέσθαι μὲν ἤδη τὰ ὀνόματα αὐτῶν οὐκ εἴχομεν.

βαδίσεις; ἤδη βεβάδικα. Τὸ δὲ Ἴλιον φάναι ἤδη ἑαλωκέναι οὐ λέγομεν, ὅτι πόῤῥω λίαν τοῦ νῦν.

*) Suidas: Δή ἀντὶ τοῦ νῦν. Ἀριστοφάνης νεφέλαις (v. 700).
Φρόντιζε δὴ καὶ διάθρει.
Σωκράτης λέγει πρὸς τὸν πρεσβύτην τὸ δή ἰσοδύναμον τῷ νῦν.

**) Varr. re rust. II, 4, 27. neque jam lactentes vocantur.

§. 9. Ubi non agi aliquid, sed tantum institui vel apparari significatur, ibi ἤδη ad vocabulorum *posthac* (τοῦ λοιποῦ) potestatem accedit *). Od. ν. 151, ἵν' ἤδη σχῶνται, ἀπολλήξωσι δὲ πομπῆς 'Ανθρώπων. Soph. Phil. 452. τὸ λοιπὸν ἤδη .. φυλάξομαι **). Elect. 804. ἤδη δεῖ με δουλεύειν πάλιν.

§. 10. Nova vis accrescit particulae, ubi ad id quod *adesse* dicitur accedit *exspectationis* ratio. Sive enim nondum exspectatam esse rem significatur, nostrum *schon* exprimit, sive pridem, nostrum *erst* vel *endlich*. Eademque est latini vocabuli *jam* ratio ***). Nos hujus posterioris sententiae, etsi rarioris, exempla statim ponamus. Il. γ, 98. φρονέω δὲ διακρινθήμεναι ἤδη 'Αργείους καὶ Τρῶας, ἐπεὶ κακὰ πολλὰ πέποσθε. Eurip. Iphig. 97. Οὗ δή μ' ἀδελφὸς, πάντα προσφέρων λόγον, Ἔπεισε τλῆναι δεινά. Il. η, 94. ὀψὲ δὲ δή. Huc pertinet inprimis πρίν γ' ὅτε δή (Il. ι, 488. Hymn. Cer. 96.) seu πρὶν δή (Herod. I, 13) et ἐς οὗ δή (Herod. I, 67) vel ἐς ὃ δή (ibid. 191). Ἤδη ποτέ sive δή ποτε idem valet quod *jam aliquando* vel *jam tandem* †). Plut. Flam. 20. ἀναπαύσωμεν ἤδη ποτὲ etc. Aesch. Agam. 560. Τροίαν ἑλόντες δήποτ' 'Αργείων στόλος. Herod. I, 116. μόγις δὲ δή κοτε ἀνενειχθεὶς.

§. 11. Quod ad alteram sententiam attinet, plenioris formulae (ἤδη) exempla, cum ubivis obvia sint, adscribere supersedemus. Il. θ, 297. ὀκτὼ δὴ προέηκα ... ὀϊστούς. Eurip. Orest. 39, ἕκτον δὲ δὴ τόδ' ἦμαρ. Pind. Pyth. IX, 162 (105) τρὶς δή. Od. ξ, 198. ὅσσα γε δὴ ξύμπαντα .. μόγησα. Xenoph. Anab. VI. 5, 23 (3, 14). Ibid. V, 4, 25. ὁμοῦ δὴ πάντες γενόμενοι. Il. ξ, 4. τ, 342.

§. 12. Vocabulis πολύς et πολλάκις non minus δή quam ἤδη additur: sed illud nulla alia voce interposita continuo subjicitur, hoc vel sejunctum vel antepositum stare solet, ex. gr. πολλοὺς μὲν ἤδη, πολλὰ γὰρ ἤδη, ἤδη γὰρ εἶδον πολλάκις (Soph. El. 62). Plat. Phaed. p. 108. D. πολλὰ δὴ ἀκήκοα. Cf. Stallb. et Heindorf. ad h. l., eundemque hunc ad Theaet. p. 151. C.; porro

---

*) Suidas: ἤδη ἀντὶ τοῦ λοιπόν. 'Αριστοφάνης πλούτῳ· Φεύγοις ἂν ἤδη τοὺς πονηρούς.

**) Terent. Heaut. IV, 3, 1. Nulla mihi res *posthac* potest *jam* intervenire tanta.

***) Terent. Andr. I, 2, 19. Dehinc postulo, sive aequumst, te oro, Dave, ut redeat jam in viam.

†) Cic. Attic. I, 4. Putamus enim utile esse, te aliquando jam rem transigere. Liv. V, 5. Quum tantum laboris exhaustum sit, et ad finem jam operis tandem perventum.

Reisig. Comm. ad Soph. Oed. Col. p. 286. Bacchyl. aut Simonid. frag. Πολλάκι δὴ φυλῆς Ἀκαμαντίδος ἐν χοροῖσιν Ὧραι Ἀνωλόλυξαν.

§. 13. Cum eadem lege, quam tamen poetae violant, vocabulis πάρος, πάροιθε, πάλαι et ἄλλοτε utraque particula conjungitur. Il. α, 453. ἤδη μέν ποτ' ἐμεῦ πάρος ἔκλυες. Pind. Ol. XIII, 145 (98). Il. α, 590. Soph. Phil. 795. ἀλγῶ πάλαι δή. Hujus locutionis exempla multa collegit Elmsl. ad Eurip. Med. v. 1086. Δὴ πάλαι scripsit Pind. Nem. VIII, 86 (65).

§. 14. Hesychius: δὴ γάρ· ἤδη γάρ. Cui explicationi non pauci poetae loci suffragantur: Od. α, 194. Il. ρ, 545. ξ, 282. π, 425. ν, 517. Eademque locum habet in ὃς δή. Sappho: Τιμάδος ἅδε κόνις, τὰν δὴ πρὸ γάμοιο θανοῖσαν Δέξατο Φερσεφόνας κυάνεος θάλαμος. Od. ξ, 289. β, 16. Il. σ, 4.

§. 15. Ἤδη νῦν, *jam nunc*, (quod Atticis usitatum fuisse negat Reisig. Conject. ad Aristoph. I, p. 158) et ad praesens et ad futurum tempus refertur: unde fit, ut modo *schon jetzt*, modo *gleich jetzt* vertendum sit. Il. ο, 110. ἤδη γὰρ νῦν ἔλπομ' Ἄρηΐ γε πῆμα τετύχθαι. Ibid. α, 456. ἤδη νῦν Δαναοῖσιν ἀεικέα λοιγὸν ἄμυνον. Liv. VII, 32. jam nunc ... consulatus patet. Horat. Carm. II, 1, 17. Terent. Andr. I, 1, 144. Eamus jam nunc intro. Item νῦν δή vel νῦν ἤδη, *nunc jam*, modo *jetzt schon* modo *jetzt gleich* sonat. Theogn. 969. νῦν δ' ἤδη τεθόλωται. Plat. Phaedr. p. 228. C. αὐτοῦ δεήθητι, ὅπερ τάχα πάντως ποιήσει, νῦν ἤδη ποιεῖν. Il. η, 226. Ἕκτορ, νῦν μὲν δὴ σάφα εἴσεαι.. Cic. ad Div. XII, 12. Nunc jam sum expeditus. Terent. Adelph. II, 1, 14. I intro nunc jam.

Not. 1. Saepissime accidit, ut νῦν et δή, loco conjuncta, sententia ad diversa spectent. Plat. Phaedr. p. 277. A. Νῦν δὴ ἐκεῖνα ἤδη .. δυνάμεθα κρίνειν, τούτων ὁμολογημένων (*nun können wir also*). Plat. Gorg. p. 448. A. καὶ γὰρ δὴ νῦν. cf. Heind. ad h. l. Eurip. Orest.. 227. ἄκουε δὴ νῦν (*so höre denn jetzt*): item Phoen. 911. et 1427. Ac fere ubicunque νῦν δή ab Atticis scriptoribus cum futuro componitur, haec ratio valet. Cf. Stallb. ad Plat. Phileb. p. 105. seqq.

Not. 2. Ἤδη, cum in tempore designando totum versetur, interdum ad locorum spatium ita refertur, ut temporis simul rationem involvat. Thuc. III, 95. καὶ Φωκεῦσιν ἤδη ὅμορος ἡ Βοιωτία ἐστίν: quasi dixerit, a Phocide continuo in B. pervenitur. Herod. III, 5. ἀπὸ ταύτης ἤδη Αἴγυπτος.

De conjunctivo particularum usu.

§. 16. Quod in omnibus, puto, linguis solemne est, ut temporales particulae ad sententiarum relationes significandas transeant, h. e. in conjunctiones

vertantur ex adverbiis: id et in graeco vocabulo δή s. ἤδη et in latino *jam* et in vernaculo *nun* accidit. Itaque, quemadmodum temporali usu tempus tempori conjunctum sive proximum esse declarant, ita conjunctivo sententiam sententiae. Transitum igitur ad *conjuncta* vel *propinqua* parant, ex quo illud δή *μεταβατικόν* vocatur. Id praeter jam et *nun* etiam per porro et *dann* verti potest. Eurip. Phoen. 32. *ἤδη δὲ πυρσαῖς γένυσιν ἐξανδρούμενος παῖς οὑμός.* Xenoph. Oec. 8, 20. *τὰ δὲ ἄλλα ἤδη που ἀπὸ τούτου ἅπαντα καλλίω φαίνεται* (porro). Herod. I, 114. *εἷς δὴ τούτων τῶν παιδίων συμπαίζων.* Plat. Min. p. 88. A. *Ταῦτα λέγομεν καὶ τὰ τοιαῦτα ὠφέλιμα. Οὐχί; „Ναί.“ Ταὐτὰ δὴ ταῦτά φαμεν ἐνίοτε καὶ βλάπτειν.*

§. 17. Initio statim paullulum deflectere lubet a via ad remotiora quaedam, quorum, cum ab hac stirpe proficiscantur, tam diversa est ratio, ut novae inde significationes existant. Nam primum, ubi, quae sequuntur, majora et graviora sunt, quam antecedentia, fit significatio *vollends* vel *erst:* quam eandem potestatem latino *jam vero*, ubi transitui inserviat, et vero etiam simplici *jam* inesse, Doederlinus, quem praeceptorum eundemque scholae nostrae antistitem summa reverentia observo, nuper in Decade lectt. Horatt. p. 17. docuit. Soph. Elect. 92. *τὰ δὲ παννυχίδων ἤδη* (atque vigilias adeo si commemorem. Herm.) Aristoph. Acharn. 539. Herod. II, 15. *ἤδη γάρ σφι τό γε Δέλτα* etc. (*denn vollends das Delta ist gar neuangeschwemmtes Land*). Xenoph. Oec. 15, 8. *αὕτη γὰρ ἴσως, ἔφην ἐγὼ, ἤδη ἐστὶν ἡ ποιοῦσα* etc. (haec demum). Thuc. IV, 78. *τὴν γὰρ Θεσσαλίαν ἄλλως τε οὐκ εὔπορον ἦν διιέναι ἄνευ ἀγωγοῦ, καὶ μετὰ ὅπλων γε δή* etc. Xenoph. Mem. II, 1, 14. Hier. I, 36. et 7, 3. Soph. Oed. Col. 1582. Plat. Phaedr. p. 260. B. *οὔ πώ γε· ἀλλ' ὅτε δὴ σπουδῇ σε πείθοιμι* etc.

§. 18. Deinde ubi sequuntur ea, quae ne exspectaveris quidem, valet *etiam* (*auch, sogar*): quod vocabulum et ipsum ex *jam* factum esse animadvertes. Aeschin. adv. Ctesiph. §. 193. *ἤδη δ' ἐκ τῶν τεχνῶν τῶν Δημοσθένους αἰσχρὸν ἔθος .. παραδέχεσθε.* Vide Bremium ad h. l. Herod. VII, 35. *ἤδη δὲ ἤκουσα, ὡς* etc. cf. Schweigh. Lex. Herod. Eurip. Rhes. 499. *ἤδη δ' ἀγύρτης, πτωχικὴν ἔχων στολὴν, εἰσῆλθε πύργους.* Xenoph. Cyrop. VIII, 8, 6. *οὐ μόνον — ἀλλ' ἤδη.* Aristot. Rhet. II, 6. p. 73. Sylb. *αἰσχρὸν γὰρ ἤδη τὸ μὴ μετέχειν.*

§. 19. Solent particulae eo sensu, quem in antecedentibus explicuimus, cum *καί* consociari. Eurip. Androm. 224. *καὶ μαστὸν ἤδη πολλάκις νόθοισι σοῖς ἐπέσχον* (*und ich habe sogar* etc.) Himerii Ecl. 20. §. 6. *φεύγωμεν τὸν κόρον, ὦ παῖδες· τοξεύει γὰρ πολλάκις δι' ὕβριν οὗτος καὶ αὐτοῖς ἤδη τοῖς ἐρῶσι* (*auch sogar*).

Xenoph. Cyrop. VIII, 2, 17. *ὦ Κῦρε βασιλεῦ, καὶ ἐμοὶ ἤδη χρὴ ὡς πλουσίῳ χρῆσθαι* (*auch von mir* **noch** *mufst du Gebrauch machen*). Il. *α*, 161. *καὶ δή μοι γέρας αὐτὸς ἀφαιρήσεσθαι ἀπειλεῖς.* Il. *τ*, 349. Lys. acc. Agor. §. 4. *ἵν' εἰδῆτε πρῶτον μὲν..., καὶ δὴ ὅτι ἀποθνήσκειν μέλλοντες ἐπέσκηψαν* (*und endlich*). Plat. Phaed. p. 115. C. *καὶ ἐρωτᾷ δή, πῶς με θάπτῃ.* Plat. Men. p. 87. E. *Ὑγίεια, φαμέν, καὶ ἰσχὺς καὶ κάλλος καὶ πλοῦτος δή.* Xenoph. Mem. II, 6, 7. *καὶ ἄνδρα δή, λέγεις* etc. (*und auch ein Mann, meinst du*). Ejusdem naturae est *μηδὲ δή* etc., de quo vide Schaefer. ad Dion. Hal. Comp. Verb. p. 140.

§. 20. Insuper hoc *δή* addito etiam altero *καί* amplificari solet. *Καὶ δὴ καί* idem valet quod *οὐ μόνον — ἀλλὰ καί*: illud quidem annectit, hoc tanquam mutuum vinculum connectit sententias. Herod. I, 30. *ἐς Αἴγυπτον ἀπίκετο παρὰ Ἄμασιν καὶ δὴ καὶ ἐς Σάρδις παρὰ Κροῖσον.* Pervulgata est dicendi formula *ἄλλος τε — καὶ δὴ καί.* — Budaeus Comm. L. Gr. p. 1267. locutionis *ἀλλὰ δὴ καί* in simili usu versantis unum alterumve exemplum profert. Liban. *οὗτοι διὰ τὴν οἰκείαν τέχνην ἄδειαν εἶχον ἀπιέναι ὅποι ἂν βούλωνται, ἀλλὰ δὴ καὶ πρὸς πολεμίους.*

§. 21. Porro viri docti vocabula *καὶ δή* consociata volunt *fac* s. *fac ita esse* valere: velut Elmsl. ad Eurip. Med. p. 146. v. 380.; Valck. ad Herod. VII, 184.; Blomf. ad Aesch. Choeph. v. 557.; Herm. ad Vig. p. 839. not. 331. Sed rectissime Matthiaeus in gr. gr. §. 603. eam vim monuit non particulis inesse, sed ipsius sententiae rationi. Quare manet illa, etiam demtis his voculis. Eurip. Androm. 335. *Τέθνηκα τῇ σῇ θυγατρί, καί μ' ἀπώλεσεν* fac, me mortuum. Pertinet enim hoc ad illam Graecorum consuetudinem, qua, quae sub certa conditione fieri possunt, tanquam revera facta pronuntiantur. Hoc dico: Indicativum loco Optativi usurpari (quem tamen ipsum scripsit Aesch. Choeph. 557. *καὶ δὴ θυρωρῶν οὔτις ἂν φαιδρᾷ φρενὶ Δέξαιτο*), particulas vero eandem, quam in superioribus potestatem habere. Herod. VII, 10, 2. *καὶ δὴ καὶ συνήνεικε et* facile *etiam* acciderit. Ibid. VII, 186. *καὶ δή σφεας ποιέω ἴσους ἐκείνοισι εἶναι* atque etiam*si* aequum horum numerum dic*am*. Eurip. Hel. 1059. *καὶ δὴ παρεῖκεν.* — Ubi *καὶ δὴ γάρ* scriptum est, ibi *καί*, quemadmodum in locutione *καὶ γάρ* solet, abundare videtur. Eurip. Med. 1076. *καὶ δὴ γὰρ ἅλις βίοτόν θ' εὗρον* etiamsi enim victus suppeditaverit. Aristoph. Vesp. 1224. *καὶ δὴ γὰρ εἴμ' ἐγὼ Κλέων* fac enim porro me Cleonem esse.

Not. Hic demum, ne vocabulorum *καὶ δή* significationes pluribus locis quaerendae diducantur, de temporali eorum vi dicere lubet. In qua primum valent *et jam.* Il. *ο*, 251.

καὶ δὴ ἔγωγ' ἐφάμην νέκυας καὶ δῶμ' Ἀΐδαο Ἤματι τῷδ' ὄψεσθαι. Ibid. ε, 175 Xenoph. Anab. VI, 6. 20. Soph. Aj. 49.

Ubi autem vel in media enuntiatione, vel in principio apodoseos collocata leguntur, ibi *καί*, ea potestate, quam cum *πάλαι*, *πρόσθεν*, *πρότερον* et similibus consociatum habet, amplificationis causa additum est. Herod. IX, 66. *προτερέων δὲ τῆς ὁδοῦ, ὥρα καὶ δὴ φεύγοντας τοὺς Πέρσας.* Ibid. c. 7, 2. *ἐπεί τε ἐξεμάθετε..., καὶ δὴ λόγον οὐδένα τῶν Ἀθηναίων ποιέεσθε* (repente). Xenoph. Anab. I, 10, 10. (7). Cyrop. III, 3, 43. Eurip. Herc. fur. 847. Herod. IX, 6.

Cum futuro juncta per *statim* verti possunt. Xenoph. Cyrop. IV, 4, 11. *ἐπὶ τούτους ἡμεῖς καὶ δὴ στρατευσόμεθα.* Cf. Bud. Comm. gr. L. p. 1292. Quam Hermannus (ad Vig. not. 301. et ad Soph. Aj. v. 49.) particularum vim ait esse (*commodum*, *so eben*), eam neque posse aliter quam praesentis aut perfecti temporis respectu locum habere, neque omnino admitti puto. Denique non possum non adscribere duos locos huc quidem pertinentes, sed peculiaris naturae. Il. ε, 898. *εἰ δέ τευ ἐξ ἄλλου γε θεῶν γένευ ὧδ' ἀΐδηλος, καί κεν δὴ πάλαι ἦσθα ἐνέρτερος Οὐρανιώνων.* Aristoph. Av. 1033. *οὐ δεινά; καὶ πέμπουσιν ἤδη 'πισκόπους Ἐς τὴν πόλιν, πρὶν καὶ τεθύσθαι τοῖς θεοῖς!*

Porro *καὶ δή* in responsionibus usurpant qui promtos se dicunt ad id, quod jubentur, faciendum. Aristoph. Av. 175. *βλέψον κάτω.* „*Καὶ δὴ βλέπω.*" Plut. 227. Soph. Oed. Col. 170. *πρόσθιγέ νύν μου.* „*Ψαύω καὶ δή.*" Elect. 1427. 309. Eurip. Alcest. 1127. Aristoph. Av. 550. Plat. Phaedr. p. 236. D. *Μηδαμῶς τοίνυν εἴπῃς.* „*Οὐκ; ἀλλὰ καὶ δὴ λέγω,*" quod bene Budaeus p. 1292. explicat *immo! jamjam dicam; ecce*, *jam dico* (*nein*, *ich sag' es sogleich!*); Astius vero, quamvis illum ipsum Budaeum citans, minus recte: *immo etiam dico.*

Ubi temporali usu *καὶ δὴ καί* scriptum est, ibi alterum *καί* ad peculiare vocabulum refertur. Herod. VII, 164. *καὶ δὴ καὶ ἐκεῖνος.* Xenoph. Hell. VI, 4, 13. *καὶ δὴ καὶ οἱ ἱππεῖς συνεβεβλήκεσαν καὶ ταχὺ ἥττηντο οἱ τῶν Λακεδαιμονίων.*

§. 22. Jam, absolutis his, ad inchoatam de *μεταβατικῷ δή* dissertationem redimus. Solet autem certis quibusdam vocabulis alligari, ex quorum societate dignoscas.

a) *δὲ δή* (*aber nun*). Xenoph. Mem. I, 5, 1. *εἰ δὲ δὴ καὶ ἐγκράτεια καλόν τε κἀγαθὸν ἀνδρὶ κτῆμά ἐστιν.* Frequens harum particularum est societas in interrogationibus., Plat. Phaed. p. 77. A. cum Simmias sibi persuaderi dixisset, Socrates, *τί δὲ δὴ Κέβητι;* inquit, *δεῖ γὰρ καὶ Κέβητα πείθειν.* Ibid. p. 58. C. *τί δὲ δὴ τὰ περὶ αὐτὸν τὸν θάνατον, ὦ Φαίδων; τί ἦν τὰ λεχθέντα καὶ πραχθέντα;* Ibid. p. 65. A et D. Phaedr. p. 265. D. et 242. D.

b) *μὲν δή.* Xenoph. Cyrop. II, 2, 10. *οἱ μὲν δὴ ἄλλοι, ὡς εἰκὸς, ἐγέλων.., ὁ δὲ Κῦρος εἶπεν.* Hoc *μὲν δή* etiam in initio saepe orationis usurpatur, cum

transitum a praefatione ad rem ipsam indicat, velut in Xen. Cyrop. init. Cave autem confundas cum illo *μὲν δή*, quod in clausulis orationum ad referendum antecedentium argumentum adhiberi infra (§. 29) dicemus. Quem in errorem etiam Apollon. Alex. (de conj. ap. Bekk. T. II. p. 519.) delapsus est, dicens: *ἔτι ὁ δή ὡς μὲν παρέλκει, παντὶ προὔπτον, ὡς δὲ καὶ πολλάκις μετάβασιν λόγου ποιεῖται, σαφὲς ἐκ τοιούτων· Οἱ μὲν δὴ παρ' ὄχεσφιν ἐρητύοντο μένοντες· καὶ τῶν παραπλησίων. Νοοῦμεν γὰρ λόγου ἔκλειψιν καὶ ἀρχὴν ἑτέρου* etc. Immo, ubi *μὲν δή ἀνακεφαλαιωτικόν* et *δὲ δή μεταβατικόν* ad se invicem referuntur, illud *λόγου ἔκλειψιν*, hoc *ἀρχὴν ἑτέρου* significans, ibi id fit, quod Apoll. ad solius *μὲν δή* partes delegat. Herod. I. 94 — 95. *Λυδοὶ μὲν δὴ ὑπὸ Πέρσῃσι δεδούλωντο. Ἐπιδίζηται δὲ δὴ τὸ ἐνθεῦτεν ἡμῖν ὁ λόγος τόν τε Κῦρον .. καὶ τοὺς Πέρσας.* Plat. Phaedr. p. 238. D.

Not. Est ubi *δὲ δή* rem cum antecedenti consensione carere arguat. Lys. in Eratosth. §. 36. *Οὔκουν δεινόν, εἰ τοὺς μὲν στρατηγούς, οἳ ἐνίκων ναυμαχοῦντες, ὅτι διὰ χειμῶνα οὐχ οἷοί τ' ἔφασαν εἶναι τοὺς ἐκ τῆς θαλάττης ἀνελέσθαι, θανάτῳ ἐζημιώσατε .., τούτους δὲ δή* etc.; Plat. Phaedo. p. 64. A.

§. 23. c) *Ὅτε δή* et *ἐπειδή* *als nun, nachdem nun, posteaquam.* Il. *α*, 493. *φ*, 148. *ε*, 773. 780. *ω*, 785. Herod. I, 114. *καὶ ὅτε δὴ ἦν δεκαετὴς ὁ παῖς.* Lys. purg. sacril. §. 11. *ἐπειδὴ τοίνυν ὁ χρόνος οὗτος ἐξήκει.* Xenoph. Anab. III, 4, 36.

d) Demonstrativis et relativis adjungitur *δή*. Plat. Phaed. p. 58. D. *ταῦτα δὴ πάντα προθυμήθητι ὡς σαφέστατα ἡμῖν ἀπαγγεῖλαι.* Theogn. 1125. *πέπονθά τοι οἷά τ' Ὀδυσσεύς, Ὅς τ' Ἀΐδεω μέγα δῶμ' ἤλυθεν ἐξαναδύς, Ὃς δὴ καὶ μνηστῆρας ἀνείλετο* (qui porro etiam). Quo expeditius particulae relativis junctae vim perspicias, sic habeto: enuntiationes, quae per relativa vocabula orationi intexantur, aut certis nominibus accuratius denotandis describendisque inservire, et participiorum vices sustinere, aut peculiares sententias exhibere ac tanquam parentheses interponi. Ubi haec ratio valeat, voculam *δή* addi, ubi illa, nuda relativa usurpari. Strab. XI. p. 499. *τὸ δὲ τῶν Ἀλβανῶν ἔθνος καὶ τὸ τῶν Ἰβήρων, ἃ δὴ πληροῖ μάλιστα τὸν λεχθέντα Ἰσθμόν.* Non adjecit scriptor haec verba, ut quosnam Albanos et Iberos diceret planum fieret, sed ut quasi in transitu doceret, a quibusnam Isthmus gentibus habitaretur. Plat. Phaed. p. 62. B. *οὗ δεῖ δή.* Ibid. 69. D. 72. A. Herod. I, 22 *τὰ δὴ καὶ ἐγένετο*, *was denn auch geschah.* Videtur hoc *denn* pro *dann* dici. Il. *η*, 281. Xenoph. Mem. I, 2, 31. II, 1, 21.

§. 24. Cum demonstrativum vocabulum sit δή s. ἤδη, non est mirandum, quod cum potestate nostri *so*, quod fortius *dann* dicitur, apodosin inchoat. Plat. Charm. p. 157. A. ἧς ἐγγενομένης καὶ παρούσης, ῥᾴδιον ἤδη εἶναι, τὴν ὑγίειαν καὶ τῇ κεφαλῇ καὶ τῷ ἄλλῳ σώματι πορίζειν. Aristot. Rhet. I, 10. p. 39. Sylb. εἰ δὲ νέος ἢ πρεσβύτης, ἢ δίκαιος ἢ ἄδικος, ἤδη διαφέρει. Soph. Oed. T. 463. Herod. I, 40. εἰ μὲν γὰρ ὑπὸ ὀδόντος τοι εἶπε τελευτήσειν με ἢ ἄλλου τευ ὅ,τι τούτῳ ἔοικε, χρῆν δή σε ποιέειν τὰ ποιέεις. Xenoph. Anab. I, 10, 13. Pind. frag. ap. Heyn. T. III. p. I. p. 39. θεοῦ δὲ δείξαντος ἀρχὰν ἕκαστον ἐν πρᾶγος, εὐθεῖα δὴ κέλευθος ἀρετὰν ἑλεῖν. Plat. Symp. p. 209. B. πανὺ δή. cf. Stallb. Phaed. p. 61. B. Xenoph. Anab. IV, 1, 2. et 3, 27. V, 2, 5.

§. 25. Cum alias tum in apodosi saepissime demonstrativa particulae vis vocabulis demonstrativis appositis adjuvatur. Jam primum epicum illud δὴ τότε utrobique frequentissimum est. Extra apodosin Od. α, 424. ο, 228. Il ε, 114. ρ, 410. Pind. Ol. III, 45 (26). In apodosi Il. α, 476. Il. ε, 136. Item apud Atticos τότε δή vel τότ' ἤδη. Plat. Symp. p. 184. D — E. ὅταν γὰρ εἰς τὸ αὐτὸ ἔλθωσιν ἐραστής τε καὶ παιδικά, νόμον ἔχων ἑκάτερος . . ., τότε δὴ τούτων ξυνιόντων εἰς ταὐτὸν τῶν νόμων, μοναχοῦ ἐνταῦθα ξυμπίπτει τὸ καλὸν εἶναι παιδικὰ ἐραστῇ χαρίσασθαι. Phaedr. p. 255. B — C. Nec non ἤδη τότε sic usurpatur. Xenoph. Mem. II, 9, 7. Plat. Theaet. p. 165. E. cf. Heind. ad h. l. eundemque de τότ' ἤδη ad Phaedr. l. cit. Praeterea tritissima οὕτω δή vel οὕτως ἤδη atque ἐνταῦθα δή etc. Plat. Symp. p. 199. B. ἵνα ἀνομολογησάμενος παρ' αὐτοῦ οὕτως ἤδη λέγω. Phaed. p. 61. C. Herod. I, 116. Ibid. c. 5. IX, 6. Plat. Tim. p. 30. A. — Thuc. I, 91. ἐνταῦθα δή. Item Xenoph. Anab. I, 10, 5 (3) — Plat. Rep. p. 492. C. ἐν δὴ τῷ τοιούτῳ.

§. 26. Porro ex demonstrativa particulae natura derivanda est illa ejusdem vis, qua *consecutionem* designat, et valet *igitur*, *also*. In quo notabis, eandem esse et latini et nostri vocabuli rationem. Quare et hujus simplex forma *so* in apodosi solemnis est, et illius primaria potestas cum eo, quem in antecedentibus explicuimus, vocis δή usu congruit. Frequens enim *igitur tum*, *igitur demum*, *igitur deinde* apud Plautum: neque non etiam nudum *igitur* apodosin inchoat: Plaut. Cas. II, 2, 40. *mox magis cum otium mihi et tibi erit*, *igitur tecum loquar*. Omnino autem μεταβατικῷ δή consecutio inest. Diximus enim, transitum illo parari non ad nova, sed ad conjuncta vel propinqua. Jam vero propinquitas non solum ea est, qua aliud alii continetur, sed etiam qua aliud ex alio sequitur. Quo nomine tum inter ea, quae supra

adhibuimus exempla, non pauca reperies ei sententiae affines; tum particula *igitur*, utpote cum vicissim consecutio transitum complectatur, saepissime huic magis quam illi inservit. Jam subjiciamus exempla. Xenoph. Anab. II, 6, 4. (3) *ἤδη δὲ φυγὰς ὤν, ἔρχεται πρὸς Κῦρον.* Plat. Polit. p. 261. C. *καὶ πᾶν οὕτως ἤδη διαιρήσεται δίχα.* Herod. I, 11. *αἱρέεται αὐτὸς περιεῖναι· ἐπειρώτα δὴ λέγων τάδε* (*so fragt er* etc.). Ibid. c. 116. *Ἀρχόμενος δὴ ἀπ᾽ ἀρχῆς διεξήει* etc. Plat. Symp. p. 207. A. *ἀναγκαῖον δή.* Phaed. p. 60. A. *ὦ Σώκρατες, ὕστατον δή σε προσεροῦσι νῦν οἱ ἐπιτήδειοι* (*so sprechen Dich denn heut Deine Freunde zum letztenmal!*)

§. 27. Post parentheses pro *inquam* (*sag' ich*) vel, si pluribus verbis exprimere velis, *sicut diximus*, usurpatum, interruptam sententiam repeti significat. Isocr. Paneg. c. 25. *μετὰ δὲ ταῦτα γενομένης τῆς ὕστερον στρατείας, ἣν αὐτὸς ὁ Ξέρξης ἤγαγεν, ἐκλιπὼν μὲν τὰ βασίλεια, στρατηγὸς δὲ καταστῆναι τολμήσας* etc. postquam longa parenthesi opes atque superbia sunt Persarum regis exposita, sic pergitur: *πρὸς δὴ τὸν οὕτω μέγα φρονήσαντα . . . ἀπήντων.* Lucian. dial. mar. XIV. *ἡ Ἀθηνᾶ τὴν ἀσπίδα προφαίνουσα· (τοιαῦτα γὰρ ἤκουσα διηγουμένου* etc.) *ἡ Ἀθηνᾶ δὴ ἐπὶ τῆς ἀσπίδος* etc. cf. Hemsterh. ad h. l. et Valcken. ad Herod. V, 119. Schaefer. ad Dion. Hal. Comp. Verb. p. 190. seq. Xenoph. Mem. I, 3, 2. *ὁρῶν δή.* Est ubi interpositione non sententia sed oratio interrumpatur. Herod. I, 190 — 191. *Κῦρος δὲ ἀπορίῃσι ἐνείχετο* etc. *Εἴτε δὴ ὦν ἄλλος οἱ ἀπορέοντι ὑπεθήκατο, εἴτε καὶ αὐτὸς ἔμαθε τὸ ποιητέον οἱ ἦν, ἐποίεε δὴ τοιόνδε.*

§. 28. Ejusdem naturae est *μὲν δή* illud *ἀνακεφαλαιωτικόν*, cujus supra mentionem fecimus. Herod. I, 32. *Σόλων μὲν δὴ εὐδαιμονίης δευτερεῖα ἔνεμε τούτοισι· Κροῖσος δὲ σπερχθεὶς εἶπε.* Xenoph. Cyrop. II, 2, 5. et 11.

§. 29. Consuetudine Graecorum, qua synonymas particulas conjungere solent, et *δή* et *ἤδη* cum *οὖν* atque *τοίνυν* sociatur. Herod. VII, 184. summam faciens copiarum Persarum, cum tria millia navium fuisse dixisset et octogenos in singulis milites, *ἤδη ὦν*, inquit, *ἄνδρες ἂν εἶεν ἐν αὐτοῖσι τέσσερες μυριάδες καὶ εἴκοσι.* Eadem ratione II, 144. Xenoph. Symp. 5, 5. *Οἶσθα οὖν, ἔφη, ὀφθαλμῶν τίνος ἕνεκα δεόμεθα; „Δῆλον, ἔφη, ὅτι τοῦ ὁρᾷν." Οὕτω μὲν τοίνυν ἤδη οἱ ἐμοὶ ὀφθαλμοὶ καλλίονες ἂν τῶν σῶν εἴησαν. „Πῶς δή* etc.;" Anab. IV, 7, 6. (4) *τὸ λοιπὸν οὖν ἤδη γίγνεται ὡς ἡμίπλεθρον.* Plat. Cratyl. p. 398. A. cum Socrates et Hermogenes in daemonum naturam inquirere instituissent, ille: *Οἶσθα οὖν, τίνας φησὶν Ἡσίοδος εἶναι τοὺς δαίμονας;*

H. Οὐκ ἐννοῶ. S. Οὐδὲ ὅτι χρυσοῦν γένος τὸ πρῶτόν φησι γενέσθαι τῶν ἀνθρώπων; H. Οἶδα τοῦτό γε. S. Λέγει τοίνυν περὶ αὐτοῦ· „Αὐτὰρ ἐπειδὴ τοῦτο γένος etc." H. Τί οὖν δή; quid igitur porro! Item. Plat. Phaed. p. 59. C. τί οὖν δή; τίνες, φῄς, ἦσαν οἱ λόγοι; (*nun weiter!*) Plat. Symp. p. 206. E. Ἔστι γάρ, ὦ Σ., ἔφη, οὐ τοῦ καλοῦ ὁ ἔρως, ὡς σὺ οἴει. „Ἀλλὰ τί μήν;" Τῆς γεννήσεως καὶ τοῦ τόκου ἐν τῷ καλῷ. „Εἶεν, ἦν δ' ἐγώ." Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. „Τί δὴ οὖν τῆς γεννήσεως;" Plat. Phaedr. p. 265. C. πῶς δὴ οὖν αὐτὸ λέγεις; Stallbaumius ad Plat. Crit. p. 49. D., δὴ οὖν ab οὖν δή discriminans: Differunt, inquit, οὖν δή et δὴ οὖν fere ut nostrum *nun also* et *also nun.* Quod si inverso ordine dixisset (ut nostrum *also nun* et *nun also*), etsi *also nun* ne dici quidem puto a nostratibus una locutione consociatum, tamen haberem aliquam sententiae ejus suspicionem. Videtur enim particula δή, cum anteponitur, *consequi vel colligi aliquid ex antecedentibus* significare, cum postponitur, *pergi ad subsequentia:* vel in illa positura argumentationi inservire et voculae οὖν vim amplificare, in hac, quasi provinciam sortita cum particula οὖν, ita ut argumentationis vim huic relinquat, transitum parare. Sed vereor ut vel haec vel ulla distinctio stare possit. Quibus curae erit, etiam haec exempla accuratius expendant. Plat. Phaed. init. Ibid. p. 64. A. p. 61. E. Phaedr. p. 237. D. Soph. p. 249. D. Theaet. p. 158. A. Herod. I, 30. 58. 75. 210. Plat. Phaedr. p. 242. C. Herod. I, 115. II, 28. 30.

§. 30. Restat, ut de usu conjunctionum δή seu ἤδη in interrogationibus dicamus. In quibus non alia quam in superioribus natura est earum, dum transitum ad conjuncta et propinqua significant, consecutionis rationem involventes. Quippe adhibent, qui, non cognoscentes quid narret alter vel quid dicat, sciscitando hortantur ut pergat explicare. Aristoph. Av. 326. cum Epops advenisse et receptos a se duos homines narrasset, Chorus κᾆτ' ὸν ἤδη ποῦ; (*und wo sind sie dann?*) interrogat. Xen. Apol. 18. πῶς οὐκ ἂν ἤδη δικαίως ἐπαινοίμην; Eurip. Alc. 555. Herc. Φεῦ! εἴθ' εὕρομέν σ', Ἄδμητε, μὴ λυπούμενον! Adm. ὡς δὴ τί δράσων τόνδ' ὑποῤῥάπτεις λόγον; quidnam igitur facturus hoc dicis? Eurip. Med. 980. Med. ἤγγειλας οἷ' ἤγγειλας· οὐ σὲ μέμφομαι. Paed. τί δὴ κατηφεῖς ὄμμα, καὶ δακρυῤῥοεῖς; Herod. I, 30. κοίῃ δὴ κρίνεις etc. Plat. Phaedr. p. 235. C. Ast. ad h. l. Plat. Rep. IV, p. 421. D. τοὺς ἄλλους αὖ δημιουργοὺς σκόπει, εἰ τάδε διαφθείρει, ὥστε καὶ κακοὺς γίγνεσθαι. „Τὰ ποῖα δὴ ταῦτα;" Πλοῦτος, ἦν δ' ἐγώ, καὶ πενία. „Πῶς δή;" Aesch. Eum. 601. πῶς δή; δίδαξον τοὺς δικάζοντας

τάδε (*wie nun? belehre deſs die Urtheilsprecher hier. Voſs.*) Ibid. v. 201. Plat. Hipp. min. p. 371. B. λέγεις δὴ τί καὶ πρὸς τί; Plat. Euthyd. p. 292. C—D. ἆρ' οὖν, ἡ βασιλικὴ σοφοὺς ποιεῖ τοὺς ἀνθρώπους καὶ ἀγαθούς; „Τί γὰρ κωλύει, ὦ Σώκρατες;" 'Αλλ' ἆρα πάντας καὶ πάντα ἀγαθούς; καὶ πᾶσαν ἐπιστήμην, σκυτοτομικήν τε etc. αὕτη ἡ παραδιδοῦσά ἐστιν; „Οὐκ οἶμαι ἔγωγε, ὦ Σ." 'Αλλὰ τίνα δὴ ἐπιστήμην; Plat. Phaedr. p. 269. E. Κινδυνεύει, ὦ ἄριστε, εἰκότως ὁ Περικλῆς πάντων τελεώτατος εἰς τὴν ῥητορικὴν γενέσθαι. „Τί δή;" quid porro? i. e. quid inde effici vis? Plat. Soph. p. 241. D. τόδε τοίνυν ἔτι μᾶλλον παραιτοῦμαί σε. „Τὸ ποῖον;" Μή με οἷον πατραλοίαν ὑπολάβῃς γίγνεσθαί τινα. „Τί δή; (*wie so?*) Item Eurip. Hel. 1270. τί δή; τόδ' 'Ελλὰς νόμιμον ἐκ τίνος σέβει;

Not. Quod supra docuimus, encliticam *dum* respondere voculae δή, id novo adeo argumento confirmatur. Nam *quidum?* idem plane est quod πῶς δή; vel τί δή; Terent. Eun. II, 2, 42. Numquid hic, quod nolis, vides? „Te." Credo: at numquid aliud? „Quidum?" Quia tristis. Adde Plaut. Menaech. I, 2, 51. Epid. II, 2, 114. Amph. IV, 2 12.

Sed plura nos de hoc usu dicere cupientes finibus, qui huic scriptioni propositi sunt, angustis cohibemur. Pergimus igitur ad illud, cujus gratia haec praefati sumus. Vos, civitatis hujus *Proceres*, *Viri Illustrissimi*, *Summe Reverendi*, et quotquot bonarum litterarum cultui favetis, ut solemnia, quae paramus, frequentia Vestra condecorare velitis, observantissime optamus rogamusque.
